

SHERBORNE SCHOOL.

SUMMER EXAMINATION, 1899. July. 27th Thursday.

III A.

Latin Translation.

1. Translate:—

(a) Insequenti nocte caedes in castris Romanis ab auxiliariis Gallis facta est. Duo millia peditum et ducenti equites, vigilibus ad portas trucidatis, ad Hannibalem transfugere; quos Poenus benigne allocutus et dona pollicitus in civitatem quemque suam ad sollicitandos popularium animos dimisit. Scipio caedem eam signum defectionis omnium Gallorum esse ratus, quamquam gravis adhuc vulnere erat, tamen quarta vigilia noctis insequentis tacito agmine profectus, ad Trebiam fluvium in loca altiora collesque impeditiores equiti castra movit. 10

(b) Iam ambo consules Hannibali oppositi sunt; quorum alter vulnere confectus protrahi bellum malebat, ferocior alter nullam dilationem patiebatur: et hostium praedatoribus pulsus, qui in agrum Gallicum inter Trebiam Padumque missi erant, gaudio elatus restitutos a se militum animos iactabat, nec quemquam esse praeter collegam, qui dilatam dimicationem vellet. Stimulabat et tempus propinquum comitorum, ne in novos consules bellum differretur, et occasio in se unum vertendae gloriae, dum aeger collega erat. 10

(c) Qui flumen petiere, aut gurgitibus absumpti sunt, aut inter cunctationem ingrediendi ab hostibus oppressi; pauci transgressi in castra pervenere. Finis insequendi hostis Poenis flumen Trebia fuit, et ita torpentes gelu in castra rediere, ut vix laetitiam victoriae sentirent. Itaque insequenti nocte praesidium castrorum et quod reliquum exercitus in castris erat, quietis Poenis, ab Scipione Placentiam perductum est. 10

(d) Q. Terentius et M. Antistius legati ad eum profecti nihilo magis moverunt, quam priore consulatu litterae moverant ab senatu missae. Paucos post dies magistratum iussit, immolantique ei vitulus iam ictus e manibus sacrifi- 10

cantium sese quum proripuisset, multos circumstantes cruore respersit. Id a plerisque in omen magni terroris acceptum. Legionibus inde duabus a Sempronio prioris anni consule, duabus a C. Atilio praetore acceptis, in Etruriam per Appennini tramites exercitum ducere coepit.

(e) Hannibal, quod agri est inter Cortonam urbem Trasumennumque lacum, omni clade belli pervastat, quo magis iram hostis ad vindicandas sociorum iniurias acuat; et iam pervenerant ad loca apta insidiis, ubi maxime montes Cortonenses Trasumennus subit. Via tantum interest perangusta, velut ad id ipsum de industria relicto spatio; deinde paulo latior patescit campus; inde colles insurgunt. Ibi castra in aperto locat, ubi ipse cum Afri modo Hispanisque consideret.

2. Translate and explain the allusions:—

(a) Biduum eo loco velut obsessi mansere.

(b) In Piceno lapidibus pluvisset, et Caere sortes extenuatas.

(c) Quia medendi nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur.

(d) Effodiant signum, si ad convellendum manus prae metu obtorpuerunt.

3. Parse:—

(a) In 1 (a) vigilibus, ratus, equiti.

(b) In 1 (b) vulnere, elatus, collega.

(c) In 1 (c) petiere, absumpti sunt, gelu.

(d) In 1 (d) ictus, respersit, tramites.

(e) In 1 (e) agri, insidiis, insurgunt.

N.B. In parsing give all the reasons for the case of the nouns and participles, and the principal parts of the verbs.

10

5

5

5

5

6

6

6

6

6

100.